Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Libellium exercitorum spiritualium - Cod. Ettenheim-Münster 373

[S.l.], [Anfang 18. Jahrh.]

Modus driendi culpam in die [...]

urn:nbn:de:bsz:31-133176

Visual Library

Modus dicendi Culpam in die Parasceves.

1°. Flexis genibus in Capitulo versus Crucem inchoatur Psalmus: De profundis; sine requiem in fine; et immediatè subiungitur: Respice quaesumus Dñe super hanc familiam tuam, pro qua Dominus noster JESUS Christus non dubitavit manibus tradi nocentium et crucis subire tormentum. Cetera /: Qui vivis :/ sub silentio.

2°. Postea legatur ex S. Regula capitis septimi, tertius gradus humilitatis, in fine non addendo: Tu autem Domine &c.

3°. Quo lecto, dicuntur per Ordinem Culpae ab omnibus à Senioribus incipiendo, secundum sequentem tenorem: Dico meam culpam Omnipotenti DEO, Beato Patri Benedicto, et vobis singulis R:R:dis Patribus et Fratribus meis; et specialiter si quem vestrum dictis aut factis offendi, rogo ut mihi indulgeatis propter Passionem Dñi nostri Jesu Christi.

4°. Iniungitur Paenitentia, in hunc modum: Passio Dñi nostri Jesu Chri indulgeat tibi omnia peccata tua, pro salutari tua paenitentia orabis, v.g. Vesperas Defunctorum. Item: primum; 2dum, 3um Nocturnum, Laudes Defunctorum aut alia &c.